Incipit liber ſecūdus q̄ tractat de ſubditis.

Omnis eccleſiaſticus
ordo ſub diuiſione tri
plici ordinat᷑. in epiſ
copis. i p̄ſbiteris. ⁊ i
clericis. Et hij oēs vnū p̄ncipē
papā rōnū habent. Sic et i lay
cis fidelibꝫ eccleſia toto orbe dif
fuſa ſub imꝑatore romano i p̄n
cipibꝫ militibꝫ et plebea multi
tudine cōgregatur. Sꝫ de hijs
ſupſedere diſponimus niſi for
te icidenter aliqua ſe obtulerīt
proſequēda. Dicit ergo textꝰ
in p̄ncipio qualiter ordo mona
ſticus ſicut et in precedentibus
diſtinguatur. In tribus diſtri
buūtur ordinibꝫ apum plebes.
ſic ⁊ omnis conuentus monaſti
cus ſub trina diſtribucōne ſali
cet officiatis clauſtralibꝫ atqꝫ
conuerſ̄ ſub vno capite prelato
q̄ſi ſub rege apes cōmodius ad
unantur. Pars autem prima
illarū eſt que matres ⁊ emerite
ſunt. ceteraſqꝫ maiores exiſtūt.
Iſte aūt officijs ſingul̄ et opi
bus preſūt. Hec prima pars of
ficiatos i clauſtris cū ſeniorıbꝰ
ſignat ⁊ hoc ibi vbi matres eme
rite noīant᷑. In matribꝫ affectꝰ
oſtendit᷑ q̄ ꝑoribꝫ et ſupioribꝰ
officiatis tanto fructuoſius ge
nerat᷑ q̄nto ex caritatis radice
erga ſubditos inueīt᷑ fundatior.

Vn̄ in paulo non tm̄ patris ſed
etiā matris affectū q̄ tenerius
diligere ſolet obſerua. Ait enī.
Filioli mei quos iterū parturio
donec formetur criſtus i vobis.
Tales mr̄es ſūt q̄bꝫ glorioſus
pater auguſtinus in regula ſua
precepit dicēs. Suſcipiat iq̄t
infirmos. conſolet᷑ puſillaīmes.
paciens ſit ad oēs. Vere beatus
aīmus i prelato q̄ ſe oīm aīmis
ſubditoꝝ pietate ꝯpaciens incli
naret. Nunc paulus euidenter
oſtendit dicens. Quis infirmat᷑
⁊ ego nō infirmor. Quis ſcanda
lizat᷑ et ego non vror. Propte
rea emeritos dicimꝰ ſeniores q̄
emerita idest ſuꝑ meritū alioꝝ
eſſe dicūt᷑. q̄a ceteris auctorita
tis maioris reuerēcia exiſtunt.
Hij ſūt p ꝓpheta dn̄ populi gra
ues in q̄rū maturitate deus et
tocius religionis norma lauda
tur. Hos ſignant viginti qua
tuor ſeniores quicumqꝫ illi ſunt
qui in apocalipſi citharas ſpiri
tualis iocūditatis habentes ſe
dentes i throno in phialis meri
torum nichil ſe habere penitꝰ
cognoſcentes niſi quod diſpen
ſacione incarnati verbi ſecūdū
miſericordiam non ſcd̄m meri
tum acceperūt. Vidi virum
ſanctum et bonum qui de nume
ro emeritorum rectiſſime dici
poteſt et potuit q̄ diu vixit.

Fuit in monaſterio ſancti ma
thie apoſtoli iuxta treuerī· mō
ch⁹ q̄dā otto noīe q̄ q̄drag̃ita ā
nis et āplius ꝓceis loco deſerui
erat in ↄuētu· p̄mus ad omnes
horas· p̄mus ad matutinas de
nocte ſurgebat· Nullo vnq̄ in
choro die vl̄ nocte appodiamen
to ſediuꝫ vtebatur· numq̄ ſedit
aut iacuit ſed erect⁹ ſemꝑ ſtās
ad celum mēbris oculis ⁊ men
te nitebat̄ q̄d ī ſede eius cōden
ſato puluere euidētiſſime ↄpro
bat̄· Raro ꝗ breuiter in colloq̄o
in ſtudio ſequēs· ceteruꝫ tp̄is ī
oracōibus aut meditacōnibꝫ ex
pēdebat· ut ī neceſſitatibꝫ non
egerēt mīā ↄuēt⁹ curā habebat
⁊ per hoc eos ad regularē obſ
uācīā fidēcius ↄpellebat· Circa
adoleſcēciores validiſſimo zeli
feruore vigebat ut eos inſtitue
re moribꝫ ⁊ ab illecebris carnis
⁊ alijs vicijs īpeditos arceret·
Hic vſqꝫ ad precedentem diem
mortis ſue per ſex dies occul
te conuentum ſuum cuꝫ acuta fe
bre ſecutus in īfirmariaꝫ depor
tatus eſt· q̄d ut ꝑcepi veni cum
phiſico viſitare iacentē· Quem
ut vidit phiſicus aduertit ſenē
debilitate nimia et abſtinencia
fatigatū et inanitū· precepitqꝫ
ſtatim occidi pullum cum tamē
eſſet quarta feria ante paſcha·
Et mox prior auerſo vultu cum
tenuerꝫ dixi ei· Non te cōpetit
ſine periculo anime tue idē mor
talis peccati ↄtradicere phiſico
dummodo precipiat q̄d fieri po
teſt licite cū iure ſcripto· Tūc
ille placido vultu· domini iq̄ vo
luntas mea cum fiat· Nec mora
hoc dicto expandit man⁹ ⁊ pe
des in lecto ⁊ eleuatis ſurſū ocu
lis exſpirauit· ¶ Vidi ⁊ aliū vix
emeritū conradum noīe de ordi
ne predicatorū apud louanium
vita et animarū zelo feruētiſſi
mū doctrinaqꝫ glorioſiſſimū· Quem
cuꝫ audiuiſſē mori veni ad locū
vbi mutus ⁊ q̄ſi ſui neſcius iacē
bat· Appropiquāte ergo hora
mortis contra ſpem omniū ocu
los eleuauit ⁊ manus ⁊ cū leti
ſimo vultu īuit⁹ crucifixū dix
it· Educ de carcere animā meā
vt cōfiteatur nomini tuo domi
ne· Et cū tercio hoc dixiſſet di
miſſis ocul̄ exſpirauit· ¶ Vidi
et aliū eiuſdē ordinis in eodem
loco geruaſiuꝫ nomine dilectū
valde michi ⁊ in amicicia ſpeci
alem· de iſto bt̄iſſimo et emeri
to valde viro fratres qui cū eo
in ordine predicatorū triginta
quinqꝫ annis fuerāt conuerſati
veritate teſtatiſſima referebant
q᷑ in tanto tp̄is ſpacio ex quo
intrauerat ordinem nūquaꝫ fra
trem numq̄ hominē ex ſua cul
pa vel in cura perturbaſſet·

humilitatis ⁊ manſuetudinis tā
te fuit q̄nte nūq̄ hominem me
minerim me vidiſſe. Compaſſi
onem vero ⁊ caritatem erga ꝓx
imos miram habebat ⁊ vehemē
tem. hic ad mortis exitum debi
litate corporis appropinquans
oculis ac manibus celeſtibus ī
hyabat. Et cum a fratre roga
retur vt ſibi ſuper pacis ſtatu
ſue conſciencie reſponderet humi
liter dixit ⁊ deuote. Pax certa
et firma eſt inter me et ſalutis
noſtre auctorem nec vllo modo
diucius ab eius contemplacōne
fruſtrabor. ¶ Vidi ⁊ alium eiuſ
dem ordinis in gandauo egidi
um nomine qui canonicus apd̄
ſanctum audomarū in flandria
ſeculum dereliquit et predicato
rum ordinem intrans. tātū debi
tus lacrimis ⁊ tm̄ ſpūali leticia
⁊ aīaꝝ zelo efferbuiſſe ꝓbat᷑. vt
vere ſanctus crederetur et eſſet
⁊ hoc exitꝰ eius mōſtrauit. Nā
cū frater ſuus carnal' ſepeliret᷑
in clauſtro fratrū. marmoreq̄ȝ
ſuperpoſitū male iacēs deberet
corrigi. ſinite inq̄t fratres ſini
te diu non iacebit īmotum. ma
nifeſte predicēs ſe cū frē defun
cto ſub eodem marmore in ꝓxi
mo deponendū. qd̄ et factū eſt.
Sȝ et frē quodaȝ narrāte m̄ q̄
añ ipſū reſedit die ꝓxima mori
turꝫ qd̄ querenti ſibi quomodo
ſentiret reſpondit dicens, bene
frater kariſſie. me bn̄ ſencio q̄a
tribus diebȝ tm̄ in purgatorio
hinc exiens expurgatori ⁊ ſtati
poſtea ꝑ dei graciā et miſericor
diā ad gloriā euolabo. ¶ Vidi ⁊
aliū eminētis vite virū de ordi
ne fratꝝ minorū. fratrem wil
helmū de militona q̄ magiſter
theologie pariſius ſctīſſimā ac
deuotiſſimā vitā duxit ⁊ cū die
quadā pariſius ꝑdicaret ꝑ horā
obmutuit et v̓bū inde reſumēs
omnibȝ cū vultu ſereniſſimo va
ledixit et ſic in pace quieuit.
¶ Vidi et alium fratrem ordis
predicatorū odonem nomine in
iure regētem virꝫ ſanctū ⁊ bonū
q̄ raro volebat cōmedere qd̄ ſemi
nali fluxu ab aīali deſcenderet;
ſꝫ olere vł piſa corpus ſobrium
reparabat. Hinc in ingreſſu ordi
nis vite ſue terminus reuelatus
eſt et hūc fratribȝ certo die añ
obitū reuelauit. ¶ Vidi et frēm
conradū ordinis minorū qui mi
niſter theutonie miā gr̄cia predi
tus fuit ⁊ ſanctoꝝ feruētiſſimꝰ
venerator in multis enituit.
¶ Vidi ⁊ alium emerite vite ca
nonicum in monaſterio cancip̄
cenſi diebȝ vndecim ante mor
tem q̄ iohānes noīe cognomēto
bonus valetus vir lr̄atus ⁊ bonꝰ
innocētiſſimā vitā duxit ab an
nis pluribus vſqȝ in euū vite.

De hoc bono viro michi ſui ca
nonici referebāt· quia cū eſſet
paꝛiſius et eſſꝫ auditoꝛ beati ⁊
magni viri magiſtri petri ꝯmeſ
toris cātoris paꝛiſieñ q̄buſdā
temptacōibꝫ et dubitacōibus ce
pit fluctuare et ſupplex ſup hoc
in oracione factus vidit beatos
apoſtolos petꝝ ⁊ paulū· ⁊ mox
eorū ſolacio ad ſpem ḡracie vi
te merito confoꝛtat᷑· Hic glorio
ſiſſimam xp̄i matrē miro fer
uore cōplectēs inter cetera q̄ de
ea ꝯpoſuit duos iſtos v̓ſus īcō
abiles edidit· Felix mater aue
qua mūdꝰ ſoluit̄ aue· Que ge
nitricis eue· re facis eſſe breue·
¶ Vidi ⁊ magiſtrū ſalomonē p̄
dicatorē ſolemnē et magiſtrū q̄
per totā theuthoniā multa doc
trina et miraculis celebratꝰ tā
dem pro xp̄o omnia beneficia
dereliq̄t et in colonia predicatoꝝ
ordinēꝫ prolixo valde fatigatꝰ
ſenio introiuit in q̊ velud puer
benigne et humiliter ꝯuerſatꝰ
poſt annos aliq̊t ſanctiſſimo fi
ne q̇euit· ¶ Vidi ⁊ aliū nobilē
et illuſtriſſimū virū q̊ helgerus
nomine filiꝰ potentiſſimi comi
tis in iuuētute poſſeſſiones caſ
tra ⁊ diuicias multas pro xp̄o
dereliq̊t· ⁊ p̄dicatoꝝ ordinem in
trās ſraſſeñ·poꝛ effectꝰ· Qui
poſtmodū multis ieiunijs ⁊ la
borib; fatigatꝰ pre nimia debili
tate eques ire ꝯpulſus eſt· ſꝫ tn̄
aſino vſus ē pro vectura· hic ſe
mel ſtans ī ꝓuīciali capitulo et
corāꝫ diffinitoribꝰ accuſatꝰ au
diuit aſinū ſuū hinnitu ut ſolēt
horrido vociferare ⁊ dixit· Ecce
fratres aſinꝰ meus accuſat me
ꝙ nō ſum dignus tenere offici
um prioratus· qui inualidus ire
pedes contra ordinēꝫ ſubuehor
doꝛſo eius· Hec ut dixit nō nl̄
los in lacrimas ꝯcitauit· regere
tamen conuentū ut erat debilis
vſqꝫ in finem vite ꝯpulſus· mul
tis poſt mortem et maximis mi
raculis claruit· Fuit ſub eo ⁊ eiꝰ
tp̄e quidam conradus frater or
dinis p̄dicatorū q̊ inter alia infi
nita miracula tres eciam mortu
os in vita ſuſcitauit· ¶ Proinde
vtrum viderim dubito mōchū
ciſterciēñ· ordinis virū pietate
plenum de quo tale miraculum
ferebatur· Algore nimium terra
brabancie reſperſa per totū mō
chus predictꝰ premiſſo ī villāꝫ
famulo ſolꝰ in cāpis ꝓ dr̄ uia ve
niebat· et ecce inuenit puerūꝫ
elegātiſſime forme quaſi trien
nē magno fletu et eiulatu ſolūꝫ
in niuis frigore reſidētem· ꝯpaſ
ſus igit᷑ tali puero eq̊ deſcēdit·
et ꝯplexus flentem flere cepit
cum eo et querere quid haberet·
Tacēte autē puero ingeīnat in
gemiſcat q̄rens vbi ē mater tua

numq̃d perdidiſti matrem. Ad
interrogacõnes illius puer for
tius eiulãs. tandem dixit. Heu
me heu me. quare non flerem q̃
re non eiularem. Ecce vides q̄
egens ſolus ⁊ in frigore ſedeo.
et non eſt qui colligat me ⁊ hoſ
piciũ preſtet. Mox monachus
ſurgens et puerum in brachijs
eleuans oſculatus ẽ dicens. Ceſ
ſes flere dilectiſſime quia ad
hoſpicium portabo te et faciam
enutriri. Hoc dicẽs cum puero
equum aſcendere voluit. ſed pu
er de brachio tenentis exiliẽs
diſparuit repente. quia criſtus
filius virginis fuit. In terram
igitur cadens monachus flere
et eiulare cepit acerrime. et cũ
diu ſic iacuiſſet eiulans tandẽ
quęſitus a ſeruo inuentus eſt.
eleuatus eſt in equo ad hoſpici
um ductus. queſitus cur fleret
nichil aliud vna nocte dicere
potuit. heu me puer bone pu
er pulcherrime quare me dere
liquiſti. cur abiſti tam cito. cur
te perdidi. Poſt hec mõchus
conſolationem recipiens cuidaꝫ
euentum retulit qui illis per
quos ſciui tante rei miraculum
et piaculũ patefecit. Quis enĩ
ſine lacrimis audire poteſt pia
culum tale et tantum q̄ filius
vnicus patri deo deus exiſtens
hoſpicium in terra querat. eget
cibo. algore contrahit. ⁊ p̄ abũ
dancia iniq̃tatis refrigeſcente
caritate multoꝝ. non eſt qui eũ
recipiat cordis hoſpicio. reficiat
potus placita benefica volũta
te reuoluat et foueat deuocio
nis ſinu. veſte contegat carita
tis. Vidi ⁊ multos alios viros
vita emeritos ⁊ virtute. quorũ
alij feruentes ſpiritu ſalutẽ pxi
moꝝ inſtabant. Alij in tribula
cione pacientes in bono malum
ſemper euincere laborabãt. Alij
pio et caſto timore quaſi tumen
tes fluctus ſuper ſe dñm preſto
lantes continuis lacrimis inſi
ſtebant. Alij ſpe gaudentes et
in vita pñti dulcedinẽ patrie ce
leſtis p̄guſtãtes nichilominus
felicem mortem ĩ iubilo preuei
ebãt. Certũ tñ ẽ lector nullũ ex
ſuis meritis ſed ſinceriſſime in
dño gloriatos ⁊ eoſdem pocius
habuiſſe inſpiratam leticiam q̄
preſumptam. nullũ tamen ſine
horrore demonũ receſſiſſe. Nul
lus ergo ſenioꝝ emeritoꝝ ꝟ ma
iorum noſtrorum de meritis ſu
is ã vita p̄ſumat. q̃a dyabolum
legimus vite auctori ĩſidiatũ q̃
dragĩta diebꝫ ⁊ q̃dragĩta noctibꝫ
etiã ieiunãti ⁊ nichilominꝰ ſm
quaſdam ſcripturas in cruce
morienti.

De vigore ſubditoꝝ ĩ iuuẽtu
te. Capitulũ. p̄mũ.